

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Johannis Segeri Weidenfeld De Secretis Adeptorum Sive Usu Spiritus Vini Lulliani Libri IV

Weidenfeld, Johann S.

Londini, 1684

120. Leo viridis mercurialis Riplei

[urn:nbn:de:bsz:31-96282](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-96282)

119. Menstruum fætens mercuriale Lullii,

Pag. 63. Testam. Novissimi.

R. **D**E menstruo fætenti libras quatuor, & pone intus libram unam mercurii vivi, & pone in balneo vel fimo equorum per sex dies, & totum convertetur in aquam, destilla per balneum & habebis Aquam mercurialem verè mineralem.

Ripheus magistrum suum sequutus est in aquæ mercurialis confectiōe.

120. Leo viridis mercurialis Riplæi,

Pag. 310. Pupilla Alchymia.

R. **M**ercurium sublimatum à vitriolo & sale communi ad quantitatem 20 vel 40 librarum (*opinor legendum esse duos vel quatuor*) ut habeas quod omnino sufficiat: Tere benè in pulverem & pone in vas vitreum benè magnum & forte. Cui superfunde tot libras aquæ fortissimæ (*menstruum fætens est aqua fortissima mundi, pag. 138. Medullæ*) quot sunt pondera mercurii. Move insimul fortiter, & fiet vas adèd calidum ut vix manibus tangi possit. Obtura bene, & permitte stare in loco frigido per novem dies, singulo quoque die ter aut quater fortiter movendo. Quo factò pone vas in furno cinerum, & cum igne levissimo destilla totam Aquam vitæ (*menstruum*) quam serva bene per se, deinde in continenti adijunge aliud receptorium bene lutatum, accende ignem vehementissimum, quem continuabis quousque totus liquor aureus destilletur omninò.

Eisdem modis quibus conficiuntur Aquæ mercuriales, his etiam confici possunt ex reliquis metallis menstrua hujus generis. Ita fit

O o

121. Men-